

1435. d. 3. Augusti

De Orig. Arch. Regni.

103.

Vladislai regis super summa quadragin-
ta marcarum Nicolao de Lubranz in
villa Kosthnyzka inscript.

Vladislaus Dei gratia rex Polonie Li-
thuanieque princeps supremus et heres
Russie. Significamus tenore presentium
quibus expedit universis. Quomodo at-
tendentes fidelia obsequia, et constan-
tis virtutis merita, quibus nobilis Ni-
colaus de Lubranz nobis complacuit
et aucto fidelitatis studio placere in fu-
turum poterit, sibi in et super villa
Kosthnyzka in districtu Lubouiciensi
quadraginta marcas communis pecunie,
quadraginta octo grossos in marcam qua
libet computando, dedimus et assignavi-
mus, tenore presentium mediante, pre-
dictam villam nostram Kosthnyzka in
dictis quadraginta maris, per prefatum
Nicolauum de Lubranz et successores
eius tenendam, habendam, utifruendam
et pacifice possidendam, tam diu quo-
usque per nos aut successores nostros
sibi aut successoribus diu sepe dictas

quadragesima marca persoluta fuerint ad
integram, iuribus tamen nostris semper
salvis. In cuius rei testimonium, sigil-
lum nostrum presentibus est appensum.

Datum Cracovie feria quarta proxima
post diem Sancti Petri ad vincula, anno
Domini millesimo quadringentesimo
tricesimo quinto.

Relatio magnifici Nicolai de Mi-

chalov castellani et capitanei Crac.

La kopia wyspiana z oryginalu pergaminowe-
go annuilarwanego 1785. roku d. 16. Maia.
przq ktorym zawiaduje sie na zawiaduz par-
gaminowey pieczce iedna.